



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 145. Regina Hospitalii Cancellarii consiliis adjuta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

penderet, quocirca nil decernere voluit, nisi prius consulto Hospitalio Regni Cancellario, quem etiam confestim adesse iussit.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1560.

§. CXLV.

*Regina Hospitalii Cancellarii consiliis adjuta.*

Thom. I. 26.

Itaque Hospitalius intellecto, quid Guisii Principes Reginae suasissent, eam bono animo esse iussit, illamque a pravo, quod ei iidem suggesserunt, consilio, dehortatus eam his verbis monuit: »præpostera prudentia ne committas, ut Gallica gens atrocitate facti ad belli »civilis necessitatem compellatur: quid »enim futurum, si Navarrus neque tur- »bidis consiliis, neque Condæi crimi- »nibus implicitus, nec auditus, nec de- »sensus pereat? nam quid illi objici »poterit, nisi tristis fratris fortuna? »proinde iudicium differas, o Regina, »nec pravis usa consultoribus, proprio- »que odio incensis, proprium sangui- »nem perditum eas: quid enim, si in- »juste Navarrus Rex detineatur, super- »erit quam ut injuste damnetur? Nam »merito ultio ab eo timetur, quem »offenderis: ratum certumque pru- »dentum Principum documentum est, »quod iis nunquam serio reconcilien- »tur, quos temere offenderunt: itaque

K k 2

om-

Sæcul. XVI. „omnes potius positis inimicitii bene-  
A.C. 1560. „volentia erga Regem, Regisque sub-  
 „ditos certent; nam huc deciderunt  
 „cuncta, ut spes omnes in te Regis  
 „Matre sitæ sint, quippe agendi gnara,  
 „clara in filios amore, & cui plena Re-  
 „gum domus certam tranquilli Imperii  
 „spem Galliæ pollicetur: itaque in com-  
 „mune consule, ne gravioribus, quam  
 „par est, remediis quiescentes motus  
 „accendas. His rationibus nutantem  
 Catharinæ animum erexit Hospitalius  
 Francisci Regni Cancellarius: Mont-  
 penferia vero Ducissa eandem penitus  
 confirmabat, persuasamque reddebat,  
 quod Navarrum, ac Condæum Prin-  
 cipes illæsos conservare oporteret, eo  
 fine, ut Guisiorum, qui eam omni-  
 ferme auctoritate spoliaverant, ambi-  
 tioni, ac potentiaë ambos apponere  
 valeret.

## §. CXLVI.

*Regina Navarro Regi conciliata.*

*Thuan. l. 6.  
 Davila l. 2.*

Cum ergo Hospitalii sermones perbene  
 Reginaë consiliis responderent, hinc  
 iisdem omnino expugnata Condæo Prin-  
 cipi vitæ veniam concedere statuit, qui  
 abs dubio capite plexus fuisset, si Rex  
 diutius vitam suam traduxisset: eo au-  
 tem postrema ægritudine pressa Regina  
 Guisianis Principibus declarabat, quod  
 iudicii acta adversus ambos hosce fra-  
 tres